Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Agar ancilla sarai. unde uenis & quo uadis.
Que respondit. A facie sarai dne mee ego
fugio. Inev. a. Me etenim de die in diem q
runt et scire uias meas uolunt. viiii. Qua
re ieiunauimus & n aspexisti humiliauimus
animas nostras et nescisti. Vesp. a. a. Fran
ge esurienti panem tuum et egenos uagosq; in
duc in domum tuam. Fra. vi. p. i. Dixit
angls dni ad agar. Reuertere ad do
minam tuam & humiliare sub manu ip
sius. Et rursum multiplicans inqt multi
plicabo semen tuum. & n numerabitur p mul
titudine. ii. Ac deinceps. ecce ait
concepisti. & paries filium. uocabisq; nomen
eius ismahel. eo qd audierit dns afflicti
onem tuam. Hic erit ferus homo. Manus
eius contra omnes. & manus omnium contra eum.
& e regione uniuersorum fratrum suorum fi
get tabernacula. iii. Vocauit
autem nomen dni qui loquebatur ad eam. tu
ds qui uidisti me. Dixit enim. Profecto hic ui
di posteriora uidentis me. Propterea
appellauit puteum illum. puteum uiuentis
& uidentis me. Ipse est inter cades & barad.
Peperitq; agar abre filium. Qui uocauit no
men eius ismahel. Octoginta & sex annorum
erat. quando peperit agar ismahelem. Inev.
Cum facis elemosinam nesciat sinistra tua qd
faciat dextera tua. viiii. Nesciat sinistra
tua qd faciat dextera tua. Ad vesperam.
a. Cum uideris nudum operi eum et carnem
tuam ne despexeris tunc erumpet quasi
mane lumen tuum & sanitas tua cicius orietur.

et ante ibit faciem tuam iusticia tua et gloria
domini colliget te. Sabbo. p. i.
Postquam uero nonaginta et nouem annorum
abraham esse ceperat. apparuit ei dns. dixitq;
ad eum. Ego ds omnipotens. Ambula coram
me. & esto perfectus. ponamq; fedus meum inter me
& te. & multiplicabo te uehementer nimis.
ii. Cecidit abram pronus in faciem. Dixitq;
ei ds. Ego sum & pactum meum tecum. erisq; pater
multarum gentium. nec ultra uocabitur nomen tu
um abram. s; appellaberis abraham. quia
patrem multarum gentium constitui te. fa
ciam te crescere uehementissime.
& ponam in gentibus. regesq; ex te egredien
tur. & statuam pactum meum inter me & te. & inter
semen tuum poste. in generationibus suis fede
re sempiterno. ut sim ds tuus & seminis
tui post te. daboq; tibi & semini tuo terram
peregrinationis tue. omnem terram chanaan.
in possessionem eternam. eroq; ds eorum.
iii. Dixitq; iterum ds ad abraham. Et tu ergo
custodies pactum meum. & semen tuum post
te. in generationibus suis. Hoc est pactum
qd obseruabitis inter me et uos. & semen
tuum post te. Circumcidetur ex uobis omne mascu
linum. & circumcidetis carnem preputii uestri.
ut sit in signum federis inter me & uos.
Tu autem cum oraueris intra in Inev. a.
cubiculum & clauso ostio ora patrem tuum. vi.
a. Tunc inuocabis & dominus exaudiet clama
bit et dicet ecce assum. viiii. a. Quis scit
si conuertatur & ignoscat ds & relinquat post
se benedictionem. Dom. i. xl. Ad vesperas.